





20. & præterea, quod casus eueniat propter culpam, qui alias non euenisset, secus alias: ita expressè Paul. Cast. per text. ibi in l. final. §. si ea condicione, ff. ad l. Rhod. de iactu, & inquit Alex. post Guillerm. de Cugno, & Bart. quos citat conf. 74. n. 6. vers. quarto confirmatur, vol. 6. quod allegans aliquem teneri de casu propter culpam commissam, articulare & probare debet, quod ille contigit solum propter culpam, nec potuisset aliter contingere, nisi culpa intercessisset: sequitur plurimos allegans P. Surt. d. conf. 12. n. 20. & 64. vbi n. 66. cum segg. limitat, quando culpa est in faciendo commissam, dando operam rei illicitam, veluti contra formam vel legem contractus, vel domino inuito, quia tunc, etiam si culpa non fuerit ordinata ad casum, tenetur quis de eo, vt ibi late probat. Similiter impeditur non excusatur, nisi probet se talem adhibuisse diligentiam, quod nisi fuisset impeditus, impleuisset id, ad quod tenebatur, leg. qui commentus, vbi Bart. ff. de re milit. Bar. in l. 2. §. quod diximus, ff. si quis cauio, & ibi Bald. Angel. & Alexand. n. 6. & l. n. 4. dicit communem Socin. consil. 170. n. 12. vol. 2. sequitur Matth. de Afflict. decis. 29. n. 1. Dec. in cap. ex ratione, n. 16. de appellat. Crauet. consil. 151. num. 22. & consil. 179. Menoch. de arbit. ind. casu 118. n. 7. & casu 153. n. 15. Decius consil. 104. n. 3. dicunt communem alios referentes n. 9. Boer. decis. 40. num. 4. & Vantius in tit. de nullit. ex defectu iuris d. n. 166. in fin. vers. seruit, & P. Surt. conf. 12. n. 21. & tunc dicitur culpa ordinata ad casum, quando principaliter respicit illum casum, leg. pen. in fine ff. de iur. dor. l. fin. ff. que in fraud. cred. l. etiam, §. 1. ff. solut. matr. quæ iura ad hoc citat Dec. in c. qua in Ecclesijs, col. pen. n. 30. de constitut. Crauet. consil. 247. n. 7. vbi t. quod tunc etiam dicitur culpa ordinata ad casum, quando illa culpa fuit causa proxima ipsius, secus si remota, prout sentit Bellamera consil. 22. col. 2. circa med. vers. Et quia mandatum, tunc etiam dicitur culpa ordinata ad casum, quando fine ea casus non euenisset, vt est prædictum, & per Surtum vbi supra n. 64. In criminalibus t. autem ex sola actione operæ rei illicitæ consideratur id, quo in consequentiam venit, & sic casus, propter principium illicitum: ita l. in lib. si quis neque causam, num. 24. ff. si cert. per. quem refert & sequitur Hippolyt. in rubric. C. de rapin. virginum, n. 78. per text. in l. qui saccum ff. de fur. & in l. quoniam multa, C. ad leg. lul. de vi publ. sequitur etiam decil. Pedemont. vbi supra n. 8. vbi quod hæc fallentia congrue sumi potest ex text. in l. qui occidit, §. in hac, ff. ad leg. Aquil. in quo fit mentio de occasione, quæ propterea denotat causam in modo, secundum Angel. consil. 63. numero 4. præsertim, quando talis effectus consueuerat sequi ex tali occasione, vt sentit Socin. consil. 157. num. 21. post Angel. & Ioan. And. quos citat. Quare merito, quod pena arbitraria puniri debeat in præfata specie ille, qui incepit rixam, & sic dabat operam rei illicitæ, ex homicidio prædicto casu inde sequuto præter eius voluntatem, vt prædiximus. Si t. tamen animus occidendi cessaret, & præterea nulla culpa interueniret, sed ex puro & mero casu homicidium accideret, nulla pena est imponenda, secundum Boffium vbi supra numero 66. fol. 270. & optime Nauarr. in cap. fin. 14. questione 6. n. 17. & 18. prout iam in praxi consului per prædicta, rixantibus t. duobus cum censibus euaginat, & cum videret rixam frater vnus ex rixantibus, occurrere incepit cum ense euaginato in fauorem fratris rixantis, & antequam ad rixam accederet, in via exinanitus in terram corruit ac mortuus fuit in continenti, Dubitatum fuit, an de huiusmodi homicidio teneretur rixans cum fratre huius defuncti, aut aliqua pena, saltem arbitraria, esset plectendus? Respondi nulla, per præ-

dicta, quia hoc homicidium puro & mero casu accidit. Sic etiam t. non fit quis irregularis propter solum homicidium, nisi culpa vel voluntas præcedat, vt tenet Nicolaus Plou. vbi supra, nempe in tractat. de irregular. numero 17. dicens notari in 50. distinctione, si qui prius, & in cap. ex literis, de homicidia & in cap. tua, de cleric. egrotante. Nam qui omnino t. excusatur à peccato homicidij, etiam excusabitur à pœna irregularitatis proueniens ex homicidio privato, cap. ad audientiam, de homicidio & in specie ita tenet Paludan. in 4. sententiarum distinct. 35. q. 1. art. 4. Alfonso à Casti. lib. 2. de pot. leg. pan. cap. 14. vers. prima principalis conclusio, & in vers. 2. propositio. quos sequitur D. Couar. vbi supra, dist. §. 4. n. 9.

Quinimo t. quoad irregularitatem incurrendam per homicidium vel deformationem ex opere illicito casu subsequutum requiritur, quod causa illiciti operis sit propinqua homicidio, vt in cap. tua, & in cap. suscepimus, de homicidio & cap. fin. de homicidio in 6. quia non sufficit, quod sequatur ex illicito, nisi fit causa eius propinqua, & illa culpa dirigatur sufficienter ad illud: vt cum Ancharra. & Franc. in dist. cap. fin. de homicidio lib. 6. tenet & probat Nauarr. in dist. Man. Latin. cap. 27. num. 220. sicque non sufficit, quod causa illa sit remota: arguunt. text. in cap. de occidendis, 23. questione 5. & gloss. in cap. de castro, de homicidio quæ est communiter recepta secundum Couar. vbi supra dist. §. 4. n. 9. vers. hinc etiam, & tenet idem Nauarr. vbi supra num. 219. vbi exemplificat in omni armorum fabricatione, & probat Salon de iustitia & iur. in 2. d. Thom. quest. 64. art. 8. controuersia 1. in 4. & 5. conclus. & latius atque melius col. 124. cum segg. Causa enim propinqua est illa, quæ dampnum dat, non accedente alia extrinseca causa, l. qui dominus, ff. locat. notat Abbas in cap. dispersionem, de eo qui cognouit consang. vxor. sus, quæ quidem causa dicitur aliter immediata: secundum Dec. in auct. præterea, numero 12. C. unde vir & vxor. & alios allegantem Couar. vbi supra, vbi tandem resoluit, quod ad culpam, quæ sufficit ad irregularitatem constituendam, non est semper necessaria causa immediata aut propinqua, sed sufficit alia, modo fit non admodum vel omnino remota, arbitrio boni viri, debet tamen esse sufficienter ordinata siue directa illud, vt recte docet Nauarr. dist. num. 220. vbi quod arbitrio boni viri terminandum relinquatur, quid dicatur sufficienter directum.

Redeamus t. modo ad regulam communem supra adductam, circa eius primam partem, quæ habet, dantem operam rei illicitæ, si inde subsequatur casu homicidium, irregulare esse quamuis adhibuerit diligentiam sibi possibilem, ne sequeretur. Quæ quidem regula probatur in exemplaribus iuris decisionibus, & præcipue in cap. tua nos, in princip. de homicidio & in cap. sicut, & in cap. dilectus, & in cap. ex literis, & in c. significasti, & in cap. presbyterum, eod. tit. de homicidio quæ iura ad hoc inducunt Couar. & Nauarr. vbi supra n. 221. & tenet gloss. in cap. de his clericis pro quibus gl. 1. 50. dist. & alibi sapissime, & communiter Canonistæ, gloss. etiam in cap. sicut dignum, §. in glo. magna, ibi: Si verò dabat operam illicitæ rei, de homicidio, quæ gloss. est magistra & communiter approbata secundum decil. Pedemont. 104. n. 6. tametsi Dominic. à Soto vbi supra dist. art. 9. in vers. in terra autem, dicat, hanc regulam in iure non haberi, sed quod eius interpretes illam inferunt ex contrario sensu, sed eum modet in hoc Nauarr. d. num. 221. dicens, quod nimis audacter hoc videtur dixisse Soto contra omnes Canonistas, imò & Theologos. Ex qua t. communi regul. inferitur primo, non bene intellexisse text.

in dist. cap. tua nos, Soto vbi supra, in vers. sed & casus, dum opinatur, quod ibi monachus, qui vtendo chirurgiæ ob solam pietatem curauit mulierem quandam à gutturis tumore, & vt chirurgus cum fetu tumorem aperuit, ex quo mulier expuens se vento contra præceptum eius, moritur, non est irregularis; secus si ob lucrum id fecit, à contrario sensu: Ille namque text. potius probat contrarium in vtroque casu: cum enim ibi monachus, exercendum alienum officium sibi veritum, peccasset, & sic dabat operam rei illicitæ, vt patet in text. ibi: Licet ipse monachus multum deliquerit, officium alienum vsupando, quod sibi minime congruebat: & in c. sententiam sanguinis, ne cleric. vel monach. merito vt irregularis fiat ex illa morte præter eius intentionem sequuta, cum tamen præcesserit causa propinqua directa atque ordinata ad mortem, nempe apertio tumoris monacho prohibita; quod aperte concluditur ex illo text. in vers. si tamen, dum probat, necessariam fuisse illi dispensationem ad hoc, vt posset Sacerdotale officium exercere, etiam si ob solam pietatem curasset, & non ob cupiditatem: Imò ob hoc, & quia peritus erat in officio chirurgiæ omnemque, quam debuit, adhibuit diligentiam, inquit text. Non est illi adeo reprobandus ex eo, quod per culpam mulieris contra consilium monachi accidit, quod non post satisfactionem condignam cum eo misericorditer agi possit, vt diuina officia valeat celebrare: quamuis aliqui interdicens esset ei sacerdotalis ordinis exsequutio de rigore. Ibi itaque supradictæ iusta cause inducunt, vt ex æquitate dispensetur cum illo, acta pœnitentia, quibus deficientibus, nullo modo dispensandum esset: & ita rectius sentiunt ibidem Ioan. Andr. Abb. Anan. & Felin. vtroque casu illum esse irregularem, quamuis in primo facilius dispensetur cum eo, quam in secundo hoc est, in elicitio à contrario sensu, quos refert & sequitur contra Soto Nauarr. vbi supra n. 221. à quo non dissentit Syluest. in summa, verb. homicid. 2. num. 7. & Couarruias d. §. 4. num. 3. licet non ita expresse declarent. Vnde est, vt t. clericus in minoribus ordinibus constitutus beneficium Ecclesiasticum cum habens, irregularis sit, si ex chirurgiæ officio cui operam dat, aliquis moriatur, etiam absque eius culpa, vt notat Abb. in d. c. tua nos, col. pen. & fin. & Paul. Paris. conf. 96. col. ult. lib. 4. quos refert & sequitur D. Couar. vbi supra d. num. 3. & tenet Syluest. verb. homicidium, 2. num. 7. in fi. Idem in clerico (intelligente in sacris) tenet Nicolaus Plou. de irregul. n. 6. Ad dit t. tamen Couar. vbi supra hoc esse intelligendum, vt patet in text. quoties agitur de officio ex causa alicuius aduersionis vel incisionis à chirurgo illatæ: nam si chirurgus nullam aduersionem nec incisionem fecerit, sed ab alio vulneratus vel alioqui ægrotus moriatur absque culpa chirurgi, vel si à chirurgo adustus aut incisus, non ex occasione aduersionis aut incisionis, sed ex ipsa graui ac lethali ægitudine mortem obierit, nulla contrahitur irregularitas ex supradictis: quod probat & sequitur ad literam Placa in epitom. de delict. lib. 1. cap. 26. n. 4. quamuis Couar. à quo omnia supradicta desumpsi, non refert.

Quamobrem t. si laicus aut clericus in minoribus, nullum tamen obtinens beneficium Ecclesiasticum, chirurgus esset, & iuxta artis peritiam chirurgiæ operam daret, atque ex aliquacumque causa absque eius culpa ægrotus moreretur, non esset irregularis censendus, vt pote quia operam dedit rei licitæ, alias secus, vt notat Cardin. in d. c. tua nos, & Marian. Socin. in d. c. ad audientiam n. 31. de homicid. & Nicolaus Plou. de irregul. n. 5. & 6. etiam communiter secundum Nauarr. vbi supra n. 218. & sequitur D. Couar. vbi supra, & Placa n. 6. Idem t. est, secundum eisd. Cardin. & Couar. si monachus aut

huiusmodi clericus exerceret medici artem & peritus esset, Nam si absque eius culpa, casu infirmi moriantur, non erit irregularis, ex eadem ratione, quippe quia operam daret rei licitæ: secus atque in d. c. tua nos. Medici namque & Physici, si ex contingentibus nihil omiserint, sicque conscientiam non habeant læsam alicuius culpæ, quia eam artem absque culpæ suspitione exercuerint, bene possunt iure ad ordines sacros promoueri, vt in cap. ad aures, de etat. & qualitat. Quatuor t. tamen aut quinque debent ad hoc concurrere, secundum Abb. in d. c. tua nos, & Syluest. vbi supra n. 8. & in verb. medicus, n. 8. vbi loquitur etiam in chirurgis, & similitur in verb. homicid. 2. num. 9. Primo, quod illud officium non sit ei prohibitum exercere, sicut religiosis & clericis chirurgiæ, vt in d. c. non magnopere, & in c. sententiam sanguinis, ne cleric. vel monach. Secundo quod sit peritus in illa arte. Tertio, quod exhiberit omnem diligentiam secundum artem. Quarto, quod infirmum de his, quæ sunt ægitudinis contraria, informauerit, alias teneretur, vt in d. c. ad aures. Quinto, quod super sunt imperiti vel negligentes & ex hoc probabiliter credunt aut dubitant, infirmos peritisse vel membris esse destitutos, vt in d. c. ad aures, sequitur etiam S. Anton. de irregul. cap. 2. n. 24. vbi etiam loquitur in chirurgis. Licet enim medicus non teneatur semper & continuo adesse ægrotis, secundum Host. Ancharr. & DD. in d. c. tua nos, hoc fallit, nisi t. ægrotus propter maximum ægitudinis periculum custodia indigeret, tunc enim tenetur medicus vel præfens esse vel admonere, vt diligenter custodiatur, secundum Hostien. in summa, de etat. & quali. §. ordo, verb. ex post facto, quem refert & sequitur Rip. in tract. de peste, vbi §. medicorum, n. 48. & Couar. d. §. 4. n. 3. Sed quis est hic, & laudabimus eum? Profecto vllum medicum adeo infum ac consummatum & obseruantissimum vix inueniri posse existimo, vt omnibus prædictis paribus vigeat ac floreat, etsi maxime artem medicam calluerit, ac proinde temeritatis nota non carebit medicus aut chirurgus, qui se in nullo habere conscientiam læsam affirmare audeat: quare nec ei consulerem, vt absque dispensatione, ad cautelam, ad ordines promoueretur: cum etiam Hostien. & Goffred. relati Syluest. vbi supra 2. loco consuluerint, quod promouendi abstineant à practica medicina: præcipue chirurgiæ, quæ aduersionem vel incisionem requirit, cum in nullo debeat vacillare conscientia promouendi, cap. laici, 33. distinct. nec ei ordines conferrem ad conferendos præcipere aut consulerem, si mei muneris id esset, nisi præcedente dispensatione legitima, prout eos denegauit cuidam medico se ordinare volenti, affirmanti nihil de contingentiis omisisset, & omnem diligentiam debitam semper in curandis infirmis adhibuisse, nec in vlllo se habere conscientiam læsam: cui namque non credidi, imò temerarium esse quod dicebat iudicauit, in nullo nempe extrasse, nec sui culpa vel negligentia aliquem decessisse, cum in famoso & insigni medico illud difficile, posset concurrere, quia, vt vulgo dicitur, Beati medici, quorum errores cooperit terra: & aliquando bonus dormit à Homero. Quod si laicus chirurgus peritissimus prohibitus forte esset è iudice ad tempus vti chirurgi officio, aliqua ex causa, quæ non respiceret imperitiam artis, sed pœnam aliunde inflictam qui, non obstante hac prohibitione, secreto aut publice eodem vteretur, atque ob aliquam incisionem perfectissimè factam culpa ægroti mors sequuta sit, non erit hic irregularis, quia transgressio hæc illicita præcepti iudicis non pertinet ad culpam homicidij casualis, quia prohibitio facta non fuit propter periculum homicidij, sicut in clerico



vel monacho, in d. c. *sententiam sanguinis*, vt existimat D. Couar. *diēt. §. 4. num. 10. versic. tertio subsequitur.*

30 Custos ¶ etiam infirmi, qui dolo aut notabili culpa, aut contra consilium sine præceptum vel prohibitionem medici, vel absque eius mandato, præbet aut facit aliquid, quo infirmus citius moriatur, vel ne amplius crucietur mortis tormentis, si propter id citius moriatur, irregularis erit, tam ipse qui fecit, quam qui consuluit, iussit aut rogauit, etiam medicus: secus si id fiat bona fide, absque culpa notabili, licet in aliquo errauerit sic faciens, & potest se liberare scrupulo consilio Doctorum: quod si ipsi dubitent, irregulare se esse debet reputare: quia forte via anhelitus præcluditur vel apostema tumpitur ex violentia motus, vel suffocatur: secus verò erit, si ex hoc infirmus non citius moriatur, quamuis adhuc id faciens penitente debeat de facto. Hæc doctrina colligitur ex omnibus scriptoribus in materia, præcipue ex Nicolao Plou. *ubi supra num. 6. & 10. Nauar. d. c. 27. n. 228. & 229. & D. Couar. plures allegante ubi supra, d. n. 3. in vers. ex his, & in vers. pari ratione*, Petro Plac. *de delict. lib. 1. cap. 26. num. 7.* Domin. à Soto *lib. 5. de iust. & iur. art. 2. quæst. 1. pag. 397. colum. 2. versic. ex hac, vbi*

31 quod ¶ infirmorum custodes atque infirmarij infirmum in lecto mouentes, vt vel aptius ei cibum ministrarent, vel quietius iaceat, etiam si mors inde tantulum acceleraretur, nullam irregularitatem incurrunt, quia dant rei licitæ operam, nisi tam immodica esset negligentia & iactatio illius, vt prudentum iudicio censeretur occisio, atque adeò mortalis temeritas: id

32 quod ceteri probantur. Ridelulosus ¶ tamen scrupulosus est confessarij, cum reum, quem ad patibulum comitaretur, & casu iumentum, quo ille vehebatur, populisset, inde erederet se irregulare esse, quod sua causa propteratus eum morti obtulisset, secundum Soto *ubi supra* Supradict. etiam doctrinam tenet S. Antonin. *in tractat. de irregul. cap. 2. num. 15. addens*

33 idem ¶ esse in custode infirmi non bene illum custodiende, vnde ipse infirmus ex phrenesi se proiecit & mortuus est: quia si sit culpa lata & negligentia dissoluta, puta si ipse custos infirmi vel phrenitici vel furiosi, dimisit eum vt iret in plateam ad ludendam, vel alias dat operam rei licitæ, aut ex nimia crapula vel ebrietate vigilare non potuit, maxime cum esset deputatus ad custodiam infirmi, nam si certum est, quod ex hac culpa mors sequuta est, talis erit irregularis, alias non: & si habeat quis conscientiam scrupulosam, deponat eam ad consilium boni viri. Illud autem de nimia crapula & ebrietate, intelligendum est iuxta latius in proposito à nobis tradita *supra, cap. 4. Adde*,

34 quod ¶ ita, etiam si vulneratus ad mortem nouo ictu, vel alio modo ad mortem acceleret, homicida reputatur, secundum S. Anton. *ubi supra num. 2. post Anchar. quem refert.*

35 Idem erit, secundum ¶ Specul. *in tit. de dispensat. §. iuxta, vers. quid si alius infirmum, num. 13. in eo, qui cum non sit medicus, nec chirurgus, sagittam aut aliud telum corpori infixum extraxerit, & in id iubente, rogante aut consulente, vt citius moriatur, vel si ex hoc ipse vulneratus moriatur celerius, quam alias moretur, is namque irregularis erit censendus, alias non: & in hoc Speculat. est receptus secundum Nauar. *ubi supra, num. 229. tenet Nicolaus Plou. ubi supra d. num. 6. quam sententiam admittit Couar. ubi supra quem sequitur*, eo non relato, Placa *d. num. 7. vbi in extrahendo sagittam aliquam culpam habuerit, quia non seruauit modum ab huius rei vitis peritissimis præscriptum, vel operam dederit rei sibi illicitæ & interdicitæ, alioqui inquit non esse omnino veram præd. opinionem, Quæ moderatio in priori casu, nem-**

pe cum id sic eo animo, vt infixus citius moriatur, minime iudicio procedit nec est necessaria, si ob id citius moritur, cum in hac specie homicidium mere voluntarium dici queat, & per consequens licet sit casuale, incurritur irregularitas, iuxta tradita per Placam *ubi supra, cap. 15. num. 6.* Verum est, quod in ea non loquitur Couar. sed in secundo casu *supra* proximè dicto, nempe, quoties sagitta extracta fuit absque illa intentione, vt citius moretur, si tamen ex hoc ipse vulneratus moriatur, hoc namque casu recte prædicta eius assertio procedere videtur, Quandoquidem extrahens sagittam, non erat petitus in arte, sicque quia daret operam rei illicitæ & sibi interdicitæ, vel non seruauit modum huic rei præscriptum, ac proinde fuit in culpa proxima & ordinata ad homicidium, quod debuit cogitare.

Secundo ¶ ex *supra*. communi regula atque distinctione infertur intellectus ad text. *in c. sic ex literarum, de homic. vbi illicitè ludens cum femina prægnante, censetur irregularis, si hoc lusu casu contigerit factus iam animati abortio, tamen si nullam culpam in eo ludo homicidio præstitit: Doctores namque communiter, ibi eum text. ideo procedere interpretantur, quia presbyter ille ludens cum muliere prægnante, dabat operam rei illicitæ, quia cum ea contraxerat consuetudinem inhonestam, & ex coilla asserere se conceptis, quasi hæc irregularitas minime contraheretur ad fratrem vel consanguineum, qui cum femina prægnante licite eodem lussisset modo: hic enim communis intellectus verus non videtur, quia irregularitas illa non quidem deducitur à priori culpa ludendi inhonestæ cum femina, sed à posteriori, quia lusus ille cum femina prægnante periculosus est, saltem frequentissime occasione præbet abortioni, & idcirco illicitus & incautus: quare verus videtur, vt etiam si ¶ frater aut consanguineus cum femina prægnante incaute lussisset, foret irregularis censendus, propter culpam in ipso ludendi modo commissam, quia operam daret rei illicitæ & prohibita, ex eo, quod sit actus ad abortionem periculosus ex se, nec potest absque aliqua culpa contingere, propter periculum inde verisimile, licet cum consanguinea rem inhonestam minime haberet, prout aduersus communem opinatur D. Couar. *d. §. 4. num. 4. vers. secundo*, vbi dicit, circa culpam in ludendi modo, necessario esse committendum boni viri arbitrio: & iterum *in num. 10. vers. 5. & in versic. 6. contra communem etiam tenet Placa lib. 1. de delict. cap. 26. num. 8. communis tamen sententia atque intellectus prædict. ad d. c. sic ex literarum, circa consanguineos cum femina prægnante, procedere posset, quando ludus esset moderatus atque sic licitus, quo casu bonus vir non arbitrabitur irregularitatem esse incursum, conformatus cum communi *supra*. opinione, quam hoc casu probauit Nauar. *ubi supra num. 236. & Syluius verb. homicid. 2. num. 7. circa fin. & est de mente communis: at verò si constaret de excessu ludi, ita vt sonet illicitum illo tempore, etiam inter consanguineos, opinio Couar. vterius videtur atque tenenda, cum actus ille tunc sit illicitus, quia dirigitur in euidens periculum abortitionis, quamuis innocens: tum etiam, quia in ludendo non adhibuit diligentiam, quam debuit in præcauendo abortionem: & hæc est mea sententia, submissa tamen iudicio rectius sentientium.***

Est ¶ tamen necessarium quoad irregularitatem incurrendam, quod factus sit animatus, alias enim ea non incurritur, etiam si culpa abortum faciens detur, iuxta communem sententiam omnium *supra*. & aliorum, quam refert Placa *ubi supra num. 8. vers. ceterum.* Hodie tamen Summus Pontifex Sixtus V. suo proprio motu

motu edito Romæ 29. die mensis Octob. anno. 1588. declarat, vt omnes & singuli, qui aliquam portionem vel quid aliud dederint, vel dandum consulerint mulieri prægnanti ad abortum faciendum, eo secundo: etiam factus adhuc inanimati & non formati, sint eo ipso homicidæ voluntarij & irregulares, cæterisque penis, quibus homicidæ voluntarij plectuntur, imò & seuerius puniuntur, vt *ibi*. Sed hodie dispositio illius motus proprij, quoad censuras & alias penas redacta est ad terminos iuris communis, vt fecit ac declarauit postea Sanctissimus Dominus noster Greg. XI V. sua Bulla, quam vidi & legi. Fætus autem, si masculus sit, dicitur animatus die quadragesimo à conceptione, femineus verò die 80. ab ipso conceptu, *iuxta gloss. in summas, §. distinctio. DD. communiter in d. cap. sic ut, communem testatur Placa ubi supra num. 8. alios citans.*

39 Tertio: ex ¶ superioribus deducitur, dubiam esse sententiam doctissimi Alfonso à Castro *lib. 2. de posse. l. pan. cap. 14. versicul. hic tamen aduoneo lectorem*, asserentis, se credere, non esse irregulare sacerdotem, qui pollut per adulterium vxorem, quamuis ob hanc causam maritus eius illam occidat, quia id euenit præter intentionem sacerdotis, & homicidium illud non sequitur per se & necessario ex adulterio, sed solum occasionaliter, & ideo sacerdos ille non est dicendus esse vera causa illius homicidij, cum non sit cooperatus ad illud, nec de illo præceptum aut consilium vel fauorem dederit, quinimo quoad magis abhorret, est homicidium suæ conuicia in delicto: Quare etsi operam rei illicitæ dederit, non est ei imputandum homicidium, quod ipso ignorante contigit per accidens, præcipue cum multi vbique sint mariti, qui vxores suas viuere sinant, quamuis seiant esse adulteras: ita Castro *ubi supra*, cuius opinionem probat expresse D. Couar. *diēt. §. 4. num. 10. versicul. 3. ad idem traditur exemplum.* Hæc tamen opinio mihi ex præcedentibus nunquam placere poterit, cum enim sacerdos hic committendo adulterium, det operam rei illicitæ & simul cooperetur delicto vxoris, consequitur, homicidium inde casu sequutum, etiam contra voluntatem, imputandum esse eidem quoad irregularitatem, de qua nunc agimus. Accedit ¶ præterea, quod marito à lege datur facultas impune occidendi vxorem & adulterum in crimine adulterij deprehensos, *argument. l. patri vel matri, ff. ad l. l. de adult. & l. Grachus, C. eod. tit.* id quod hodie est expressum in nostro Regno. *in l. 5. tit. 20. l. 8. Non. Coll. Reg.* sicque ex adulterio re ipsa deducitur culpa in homicidium sufficienter directa, præmaxime attenda maritorum procliuitate & consuetudine interficiendi adulteros & suas vxores. Denique quia iuxta communem omnium sententiam, de qua *supra*, definitum extat, vt homicidium casuale contingens ex eo, quod quis dabat operam rei illicitæ, irregularitatem inducat, etiam si id casu & præter voluntatem, & intentionem acciderit & adhibita fuerit diligentia, quæ ad id præcauendum adhiberi potuit ac debuit, quæ tamen in proposito

40 forsitan non fuit adhibita. Postremo ¶ contra priorem sententiam illa vera doctrina facit, quæ in hac materia præ oculis semper habenda est, nempe homicidium casuale tunc demum ad irregularitatem imputandum fore danti operam rei illicitæ, quando actus ille est ordinatus sua propria natura ad mortis læsionem, vel ad homicidium, Secundum Soc. *in c. ad audiendum, n. 49. de homic. quod voluerunt etiam Anch. & Philip. Franc. in c. fin. de homicid. in 6. & Gonfol. à Villadiego de irregul. cap. de percussor. colum. 3. aut quoties homicidium illud procedit ab illo actu illicito per se quidem & necessario, non per accidens, secundum*

Castro *ubi supra*, aut saltem vbi illicitum illud opus per se volitum genere suo est periculosum, aut saltem sæpe inde mors sequitur, aut frequenter, vt colligitur manifeste ex Dominico à Soto, *d. lib. 5. de iust. & iur. quæst. 1. art. 9. vers. hæc autem profecto: quam resolutionem in omnibus *supra*.d. expressim approbat & sequitur idem Couar. ubi supra num. 10. versic. ex quibus deducitur: at quamuis priores duo casus præcedentis doctrinæ nostrum non contingant, vltimus tamen eum decidit contra eosdem Castro, & Couar. adulterium siquidem est opus illicitum per se volitum & ex natura sua periculosum ad homicidium, quia saltem sæpe inde mors sequitur aut frequenter, vt communiter videmus: Ergo irregularitas ex eo contrahitur, ex quo cessant fundamenta contrariæ partis: quod si sacerdos cooperaret illi homicidio, præceptum, consilium, fauorem aut auxilium præstitisset, iam non esset casuale, sed mere voluntarium alioque iure proculdubio esset irregularis. Et postquam hæc ita concepta atque scripta haberem, gauisus sum plurimum inuenisse me huius meæ sententiæ auctorem doctissimum Nauar. *in diēt. man. confess. Latin. cap. 27. num. 238. in fine*, vbi id expresse tenet in nostra specie contra præfatam priorem opin. quamuis auctores eiusdem contrariis nostræ non referat, inquit tamen, eam, quam defendimus, Plum V. probasse, cum in sacra Penitentiaria id controuerteretur. Potest ¶ tamen inter has duas diuersas opin. probabili concordia assignari, vt prior procedat in maritis vilibus personis, qui honorem parui pendunt, atque scientes vxores adulterari, id patiuntur atque eorum crimini consentiunt, de quibus loqui videtur Castro *ubi supra*, saltem in vno fundamento *supra* relato, præmaxime, si lenocinij crimine pretio accepto notentur: In hac enim specie & genere hominum opus adulterij illicitum, non videtur periculosum neque sufficienter directum in homicidium, imò insolitum & raro contingens, quamuis aliquando demonij suasionem vel ob cessationem muneris iniqui, hi vires commoti adulteros occidant, non tamen hoc videtur esse habendum in consideratione, si id accidat quoad præsens propositum, nec enim erat tanta causa id præcauendi à principio, sicut in secunda specie statim referenda. Secunda prædicta & nostra contraria sententia procedat in viris grauibz & qui honoris proprij sunt obseruantissimi, de quibus merito consiliendum sit, quod si adulterium vxorum præstiterit, adulteros occiderent, tunc namque indubium videtur, cum adulterium sit proxima causa & sufficienter directa in homicidium, quod saltem verisimiliter, exinde nimis timendum est subsequi posse, ac proinde præcauendum, ne alias adulter huiusmodi ex homicidio vxoris efficiatur irregularis.*

Ex eisdem rationibus ¶ improbanda videtur altera 43 Dominicia Soto sententia, *ubi supra in versic. in primis*, asserentis, quod si clericus in adulterio deprehensus inuadit, & cum moderamine inculpata tutelæ inuasorem occidat, quamuis operam daret rei illicitæ, non debet irregularis censeri, quia homicidium illud non est tunc voluntarium: Nam quamuis adulterium fuerit voluntarium, non tamen fuit per se causa homicidij, sed vulneratio, quæ non fuit voluntaria. Adde tu, quod se defendendo cum moderamine inculpata tutelæ, dabat operam rei licitæ, & homicidium minime intendebat, quinimo illud abhorrebat: Hoc siquidem manifeste conitit ex *supra*.dict. nec deoffenso cum moderamine inculpata tutelæ in proposito excusat, quamuis sit licita, & sic in hoc deesse videbatur operam rei licitæ, Quandoquidem inspecto principio



principio illicito sufficienter directo ad homicidium: in quo principio illicito actualiter deprehenditur dando operam rei nequam, cum ad arma peruenitur, illa potius defendat et offensus, satis enim provocatus maritus tunc occiditur; aggressor igitur videtur adulter occidens in proposito quoad presentem materiam incurrendae irregularitatis, cum exposuerit se volens probabili periculo ac frequenter contingenti occidendi, vel occidi, imò id in animo habuisse credendum est, atque idem cum armis in eum finem incessisse, quod cogitare ac praecavere debuit. Accedit praeterea, quod hic maritus occisus sit pro defensione sui honoris & domus, atque proinde licuisse ei iure fori exterioris adulteros in crimine deprehensos occidisse, vt praediximus: Merito igitur quod adulter eum occidens sit irregularis & homicida: Qui enim illicite et aliquid aggreditur, quod est causa vt alium occideret propter sui necessariam defensionem, non solum peccat id aggrediendo, sed etiam est homicida, secundum S. Antonin. Archiepiscopum Florent. in 3. p. sua summa tit. 5. c. 8. §. 1. col. 2. Quod est intelligendum iuxta mentem Caiet. secundum Nau. in man. Lat. c. 15. n. 7. quando opus illud illicitum, erat quadam via ad homicidium perpetrandum, prout in proposito contingit. Denique quia euentus ex aliquo sequenti opere minime quidem ab operante praecogitati, sed praeter eius intentionem contingentes imputantur operanti, si illi euentus per se & necessario sequuntur ex priori opere, aut saltem, vt in pluribus ex illo eueniunt & euenire solent, vt deducitur ex D. Thom. 1. 2. q. 20. art. 5. & est constitutissimum, secundum D. Couar. in Clement. si furiosus, de homicida. 2. part. §. 4. num. 10. vers. illud sane, & ita in nostra specie, quod huiusmodi adulter occidens maritum, sit homicida, tenet Nauar. de c. 15. n. 7. & quod sit irregularis, cum eodem Archiepiscopo Florent. vbi sup. col. 4. probat indubie Nau. in man. Lat. de c. 27. n. 238. qui tamen Soti tenentis contrarium non meminit. Et quamuis sciam opinionem Soti aliquibus doctis vitis placuisse, mihi tamen indoctiori contraria, vt dixi, placet, magis & verior longe videtur: nisi & in hac specie distinctionem & concordiam, quam in praecedenti tenuimus, hic quoque probare quis velit, quod meo iudicio non erit erroneum, imò rationi & iuri consentaneum, praecipue cum Nauar. vbi supra qui tenuit, praed. adulterum occidentem maritum ad sui necessariam defensionem, esse irregularem, eam suae praefate, vt praediximus, reddat rationem, quia adulterium est actus illicitus & sufficienter directus ad mortem inferendam, atenta maritorum procliuitate & consuetudine interficiendi adulteros & suas uxores: Ergo cessante hac procliuitate & consuetudine, prout cessare videtur in vitis praedict. infamibus & vilibus criminis participibus, prout supponimus in praed. concordia, cessabit & directio ad mortem ac periculum ipsius, & proinde non incurretur irregularitas, si aliud accidat, iuxta mentem Nau. quae non explodit dictam concordiam, sed imò potius eam admittit.

46 Quartò et ex supradictis inferitur, quod vbi plures reperiantur in pugna, in qua aliqui sunt interfecti vel mutilati, & nescitur a quibus, omnes censentur irregulares, & qui sunt ex parte iniuriantium, & qui sunt ex parte eorum, quibus fiebat iniuria, si illi erant clerici, & sic illicite mouerunt arma: ita Rainerius in sua summa. Quod nonnulli intelligunt, (vt refert Archid. in c. fin. 3. 23. q. fin.) quando clerici erant in culpa, vt patet ex verbis Rainerij, dum dicit; *Mouerunt arma, quod voluntarie & sine necessitate, nam si se defenderent vel socios, necessario, licet aliqui a defendentibus sit interfectus ex alia parte, reliqui qui non interfecissent, nec in-*

terfectores inuassissent, non essent irregulares, licet voluntatem occidendi habuissent, quia lex promotionis factum requirit: vt in c. si quis & in c. fin. 15. q. 1. & cum Archid. in hoc transit Florent. de irreg. c. 1. n. 56. Sed melius est, vt dictam Rainerij indistincte capiatur, quando quis nescit, se non occidisse vel mutilasse, quia in dubiis debemus tenere tutiorem partem, vt in terminis contra Archid. proficitur Syluest. in sua summa, verb. homicidium, 3. n. 8. vers. scilicet, ibi: *Sed melius, quod probat quoad illos tamen, qui sunt ex parte iniuriantium, & sic fuerunt in culpa, res plana est, quia dabant operam rei illicite in homicidium directam: quod probat Archid. vbi supra, & in specie Nauar. d. cap. 2. 7. num. 224. cum Innocent. Abb. & communi in c. fin. de homicid. dicens, quod t qui in praedio vel alia quacunque rixa interfuit illis, ex quorum parte sunt iniusta, auxiliando vel fauendo, sunt irregulares, si aliquis in eis deformatur, siue interfuit armati, siue inermes, siue deformat, siue non, siue ob id timor inimicis augeatur, siue non: & idem Nauar. vbi supra, numero 234. dicens, quod qui interfuit pugnae iniusta, auxiliando, incitando aut exhortando suos, aut animos contrariis imminuendo, & etiam custodiendo vestimenta, aut fatricas eorum, qui ad praediandum vel deformatandum iniuste proficiscuntur, irregulares sunt, sequuta alicuius deformatio, non tamen qui interfuit ad dissuadendum praedium & suadendam pacem, licet inde nonnihil animi suorum parti, & nonnihil timoris aduersa redderetur, secundum eundem Nauarum tit. num. 224. Hoc tamen vltimum ego et verum intelligerem, nisi verbis pacem, animo vero & facto rixam suadent, auxiliando interfectores & deformatores, eorumque crimini cooperando, tunc enim cum proculdubio irregularem iudicarem, stando veritati potius quam verbis, vt voluit Syluest. in summa, verb. homicidium, 3. num. 8. vers. quartum, ibi: *Modo abist dolus & lata negligentia, secundum eundem Innoc. & Hostien. Obseruandum tamen erit, quod secundum Hostien. quem refert Abb. in c. pen. & vlt. numero 1. de cleric. percuss. clericus praestans opem oppressis vel oblesis iniuste, & adiuuans eos, qui repellunt iniuriam, proiciendo lapides, & huiusmodi, dummodo ipse neminem occiderit, non est irregularis: sequitur Syluest. vbi supra, id intelligens, quando quis est certus, se non occidisse neque mutilasse. Quid tamen sit dicendum quoad irregularitatem, si vnus à pluribus percussus mortem obiit, & non constat, ex quo vulnere mortuus fuerit, agit late Placa lib. 1. de delict. capitul. 12. per totum, & optime D. Couar. in d. Clement. si furiosus, 2. part. §. 2. n. 3. cum seqq. vbi plures casus & species in hoc distinguit atque explicat.**

Clericus tamen abique irregularitatis nota & poena potest interesse bello iusto, & hortari milites ad pugnam: text. in c. petitio, de homicidio & ibi gloss. verb. remouet, gloss. etiam in c. quid in dubiis, de pennis, verb. incitant, non tamen pugnare propria manu, alias grauius peccaret, cum hoc non sit ei licitum, vt in c. clericus, cum seqq. 23. questione 8. cap. ex multa, de voto, eritque irregularis clericus ibi aliquem occidens, vt in c. clericum, 50. distinct. Vnde licebit clerico alios hortari ad bellum, si sit contra Rempublicam, aut Ecclesiam, vel Catholicam fidem, non tamen arma sumere, vt est praedict. & probatur in cap. quicunque in fin. 23. quest. 8. & ibi gloss. & constat ex S. Thom. & ibi Caietanus 2. 2. quest. 40. articulo 2. tradunt Dd. in c. pen. de homicidio. Archiepiscopus Florent. in sua summa, 3. p. tit. 28. cap. 2. §. 6. & Syluest. in summa, verb. bellum, 3. n. 3. & probat latissimo sermone Iacobus Montaynus in tract. de armis cleric. ad fin.

53 fin. & summa Tabiena verb. irregularitas, 3. & Nauar. late d. cap. 27. n. 215. & Gregor. Lop. in l. 5. 2. in gloss. de ienir, per totam, tit. 6. part. 1. & ita est tenendum, licet contrarium velit Aluar. Pelag. de planct. Eccl. 1. part. n. 48. sub liter. C. ad fin. dicens ex hoc committi irregularitatem: nec poterit bellum gerentibus arma portare, vt per eundem Syluest. verb. homicidium, 3. n. 9. quod est intelligendum iuxta tradita per Nauar. vbi supra, num. 215. sequenti. Illud tamen de exhortatione verum intelligit Hostien. in d. c. quod in dubiis, & Henric. in d. c. petitio, atque Syluest. d. verb. bellum, 3. num. 3. ad fin. vers. secundo nec exhortari, quando haec exhortatio fieret ante belli confectum, quasi minime id liceat in ipso iusti belli confectum, si inde homicidia & mutilationes membrorum sequantur, à quibus merito ex d. c. petitio, dissentit D. Couar. in d. Clem. si furiosus, de homic. 2. part. relect. §. 3. num. 2. in vers. sed & id, ibi: *A quibus, vbi recte d. text. in c. petitio, inducit contra praedictos; tamen Greg. Lop. vbi supra in vers. & intellige, opinionem contrariam Innocent. sequatur, nihilominus vt praedixi, opinio Couar. verior mihi videtur, quam vilis est tenere Nauar. d. num. 215. dum indistincte loquitur.*

54 Ex quibus fit, vt clericus in t sacris constitutus, cui non licet propria pugnare manu, vt praediximus, irregularis non erit, si pugnauerit in bello iusto; si neminem occiderit aut mutilauerit, etiam si in eo confectum fuerint plures occisi aut membris mutilati, vt in d. c. petitio, per quem ita tenet Couar. vbi supra d. §. 3. num. 2. vers. si quidem clericus. Idem erit t etiam si ipse percussit, vel vulneret, si clarum est, quod ex tali percussione non fuit sequuta mors vel mutilatio, licet alij in pugna illa per alios sint mortui, secundum Abb. & Ioan. And. in d. c. petitio, per text. ibi, quos refert Greg. Lop. vbi supra in fin. gloss. Quinimo si hoc casu clericus adhortetur ad victoriam generaliter, & percussit multos propriis manibus, & efficiat, vt commilitones eius ope & hortatu multos occidat, non sit irregularis, si per se non deformat, quia non dat causam propinquam deformati, cum non faciat actum speciatim ad deformationem directum, quoad percussos ab alijs, & licet faciat talem quoad percussos à se, illi tamen non sunt deformati: secus si per se deformat, vt inquit Nauar. vbi supra, d. n. 215. Nihilominus tamen hi efficiat, vt commilitones eius ope & hortatu multos occidant, contrarium verius existimo, imò quod huiusmodi clericus ex hoc efficiatur irregularis, si specialiter & directe hoc auxilium ad homicidium vel deformationem praestet, secus alias. Quod primo probat ex traditis per Nauar. vbi supra d. num. 235. Secundo, quia dat causam propinquam deformati, & facit actum directum ad deformationem, vt patet ex eo, quod ex eo efficiatur irregularis, vt patet ex praed. Tertio, ex Syluest. verb. homicidium, 1. num. 16. & 17. & communi, quam refert idem Nauar. vbi supra, num. 216. cui non latifacit ibi, nisi dicamus ex eodem, ibi temperandam sententiam praed. num. 215. vt non procedat quando auxilium ab eo praestatur directe in deformationem, sed quando non intendit directe deformatore, vt patet ex verbis eiusdem auct. Illis, &c. Adde, difficillime hoc contingere posse, quin dirigatur in deformationem, idè cauendum.

57 Clericus in minoribus constitutus t posset absque peccato in bello iusto propria pugnare manu, sicut & laicus, nec ex hoc esset irregularis, dummodo aliquem non occideret nec membro mutilaret, vt ex supradict. patet, & tenet in terminis Couar. vbi supra d. num. 2. in vers. quod si esset.

58 In necessitatis tamen articulo t clericus non pecca-

ret arma sumendo in bello, secundum S. Thom. vbi supra vbi Caiet. optime duos casus distinguit, nempe, quod articulus necessitatis dupliciter contingere potest in bello. Primo scilicet defensiuè, vt nisi clerici aliqui pugnent, ciuitas vel exercitus euerteretur hoste. Secundo ratione victoriae, vt nisi clerici aliqui pugnent, non haberetur victoria tunc parata. In primo casu clerici non peccant, imò videtur quod adhuc teneantur, praestertim, si cum infidelibus agitur: In secundo autem casu non videtur committere licitum, vt ibi bene probat, limitans hoc, quando parata tunc victoria esset pax vniuersalis Ecclesiae aut fidei Christianae magna protectio; tunc enim credit Caietanus clericum licite manu propria pugnando illam facere. De praedictis post haec scripta late agit Ludou. Molin. de iustitia & iur. tractat. 2. dispositione 108. per totam. Dubium tamen est; An in priori casu praed. quo licet clericis propria pugnare manu, si aliquem occidant vel mutilent, sicut ex hoc irregulares? Et Caietan. quidem ibid. partem affirmatiuam tanquam indubiam praemittit, quandoquidem inquit, nec obstant quod fiant & remaneant irregulares: quia irregularitas sine peccato & cum merito aeterna vitae incurri potest, quia ipsa sequitur factum: & ante eum tenet D. Thom. 2. 2. quest. 64. artic. 7. ad 3. dicens, quod irregularitas consequitur actum homicidij, etiam si sic abique peccato, vt patet in iudice, qui iuste aliquem condemnat ad mortem: & propter hoc clericus etiam si de defendendo interficiat aliquem, irregularis est, quamuis non intendat interficere, sed ipsum defendere: sed Syluest. in summa, verb. bellum, 3. n. 3. vers. adde tamen, contrarium expresse probat, dicens, quod si necessitas esset inuitabilis, clericus huiusmodi non est irregularis, etiam si occidat, nihil tamen allegat. Quid dicendum: Ego hos auctores sine concilio, vt opin. Caietani procedat in casu necessitatis euitabilis, opinio verò Syluest. contraria in casu necessitatis inuitabilis, vt probat text. in c. quia te quasi obnoxium, 50. distinct. & ibi notat gloss. verb. inde canonice, in fine, ita distinguit gloss. in cap. de his clericis pro quibus, gloss. 1. 50. distinct. addens, vt in casu necessitatis euitabilis in suscipere ordinibus toleretur, licet ad superiores ascendere non possit, gloss. etiam magistra in cap. sicut dignum, §. fin. gloss. magna, in vers. aut necessitas, ibi: *Si fuerit inuitabilis, de homicid.*

Et quamuis t in hoc olim essent opiniones, quando diceretur homicidium factum ex necessitate inuitabili, & quando non, vt constat ex praedict. gloss. hodie tamen declaratum est in distinct. Clem. si furiosus, in 2. part. de homicidio vbi inquit, text. non esse irregularem illum, qui mortem aliter vitare non valens, suum occidit vel mutilat inuoluntarie, vnde posset statim post huiusmodi occisionem ministrare: & licet gloss. praed. ponat exemplum nimis stricte, quando clericus tenebat gladium in manibus ad defendendum, pagano intruente in eum, Doctores tamen latius dicunt, siue paganus, siue quilibet alius aggrediar clericum, & clericus non valeat aliter euitare mortem, nisi suum interficiat aggressorem, per text. in d. Clem. si furiosus, nisi vbi clericus alium interficeret pro defensione t proximi, vel pro rebus saluandis, vel vbi necessitas non fuisset inuitabilis, quia poterat se aliter liberare, quam occidendo, quia in his casibus incurrit irregularitatem clericus, si occidat vel mutilet: solum enim permittitur clerico, alium occidere pro euitanda necessitate morte propria, non autem pro salute alterius, vel pro saluandis rebus: ita Abb. n. 14. & Ioan. de Anan. num. 11. in d. c. sicut dignum, §. fin. de hom. idem Abb. in c. clericus, 1. n. 2. cum seqq. de vit.



Et honest. cler. & Caiet. super S. Thom. d. quest. 64. art. 7. in responsione ad 3. dicens, quod si text. in d. Clement. unic. de homic. extitisset tempore auctoris, nempe S. Thomae, non scripsisset illud auctor: & Nauar. in man. Lat. c. 27. n. 211. & latissimè D. Couar. in d. Clement. si furiosus, 3. part. 5. unico. per totum, vbi n. 4. in fin. & n. 5. plures allegans testatur esse communem opinionem quod prædiximus, nempe, occidentem alterum ob alterius necessitatem defensionem, esse irregularem, tamen ipse ibi, in versio. ex quibus, cum Fortunio Gasfia probabilius esse existimet aduersus communem sententiam, quod non sit irregularis: & n. 6. in versio. undecimo, alios plures allegans testatur videri esse receptiorem doctorum sententiam, irregularem esse clericum, vt prædiximus, qui pro necessaria rerum defensione hominem occidit, quamuis ipse ibi in versio. cul. postremo, contrarium probet in his casibus, quibus ea officio licita sit: sed communes prædictas sententias sequitur & probat contra Fortun. Gasfi. Nauar. d. c. 27. n. 213 & 215. Ille autem dicitur esse in prædict. necessitate inuitabilis, qui neque fuga neque clamore nec alio modo quam interficiendo vel deformando, eam cuitare potest, &c. secundum Nauar. ibi, num. 211. Idem de fuga tenet Couarruias vbi supra n. 4. resoluens cum communi, quod clericus, qui poterat mortem vitare fugiendo, si omnia fuga, occiderit aggressorem, est irregularis. Intelligenda tamen est hæc communis sententia secundum ipsum, si fuga non est periculosa; Nam si fuga periculum mortis proprie induceret, non tenetur fugere, vt tenent plures, quos refert & sequitur ibi.

Ex his igitur decidenda venit contrarietas Caietan. & Syluest. i. prædict. de clericis occidentibus vel deformantibus in bello iusto, in articulo necessitatis, quia si inuitabilis sit respectu propria persona & salutis, non fiant irregulares, alias secus.

62 Verum illa questio in proposito se nobis offert examinanda; An si Romanus Pontifex alicui prelato vel clerico aut clericis permitteret sine licentia concederet pugnandi in bello iusto propriis manibus sine metu irregularitatis, & in consuetu belli aliquem occideret, an sint irregulares censendi, necne? Et Abbas quidem in cap. clerici, el. 1. num. 5. de vit. & honest. cleric. referens Cald. in cap. petitio, de homicidio concludit in eam partem, quod huiusmodi clerici ob prædict. licentiam minime efficiantur irregulares, etiam si in bello aliquem occiderint, quia irregularitas est de iure positio, & ex sola constitutione Ecclesie prohibetur clericus pugnare in bello iusto, & quia ipse Papa potest ex iusta causa bellum indicere, præsertim contra infideles, vt in cap. omni timore, & in cap. præterea, 23. quest. 8. Ergo Papa, qui est super istas constitutiones humanas, vt in cap. proposuit, de consec. præb. potest hæc prohibitionem relaxare. Quinimo ex sola permissione Papæ, vt clericus in bello propria pugnet manu, si is in eo aliquem occiderit, non censetur irregularis, secundum omnes, quia id is permittit, qui potest super irregularitate ex homicidio contracta dispensare: ita D. Couar. in dicit. Clem. si furiosus, 2. part. 5. num. 2. versio. quod si Romanus: ex eo tamen quod Papa dat clericis licentiam, vt intersint bello, non videtur licere eis vri armis, nisi ad se defendendum, non autem ad occidendum aggrediendo etiam paganum, vt cum Arch. probauit Syluest. in summa, verbo homicidium, 3. n. 9. ibi notandum, 2. Angel. in summa, verb. homicidium, 5. n. 1.

65 Rursum Bald. conf. 439. vol. 5. incip. ad bellum in sum. num. 3. & 4. tenet contrarium, dicens, quod licet Papa possit dispensare cum homicida in homicidio perpetrato, secus tamen est in perpetrando, quia non

potest dare licentiam delinquendi, nec parcere quod nondum est: & licet Papa possit indicare bellum iustum, clericis tamen concedere non potest, quod manu propria hominem occidere possint, sed pro iustitia exsequenda potest gladium potestatem laicis committere. Item potest permittere clericis, quod in bello iusto dent consilium & auxilium, tam gentium, quam pecuniarum: quia si potest indicare iustum bellum: Ergo potest alia, quæ sunt de iure & natura bellorum, & sine quibus illa exerceri non possunt; & inquit S. Thom. 2. 2. quest. 40. art. 2. in resp. ad secundum, quod Prælati & clerici ex auctoritate superioris possunt interesse bellis, non quidem vt ipsi propria manu pugnent, sed vt iuste præstantibus spiritualiter suis exhortationibus & absolutionibus & aliis huiusmodi spiritualibus subueniant. Card. etiam in c. clericus, 30. dist. 1. prout cum refert Præposit. Alexandrin. ibi dicit, quod Papa non possit dispensare cum sacerdotibus, quod ad bella procedant manu propria pugnaturi: & quamuis ipse Præposit. dubitet de hoc, tandem propter auctoritatem tantorum Patrum transit cum illis, potius auctoritate eorum, quam ratione. Eandem secundam partem sequitur etiam cum præd. Gregor. Lop. in l. 2. tit. 6. part. 1. in glof. deuenit, dicens, hoc satis probare videtur, cum Christus iussit Petro: Conuertere gladium tuum in vaginam, Matth. cap. 26. & Ioan. 18.

Quid tenendum: Ego profecto priorem opinionem, vtiorem & tenendam esse existimo, ex fundamentis de quibus supra in ea. Nec obstant contraria, quia si Papa potest dispensare cum homicida super irregularitate inculpa, quod est apud omnes receptissimum, à fortiori poterit, antequam ipsa incuratur, cum sit iuris positio, & ex constitutione Ecclesie, & facilius quid impediatur à principio, quam ex post facto tollatur, vt in lib. patre furioso, cum similib. ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur. Nec per præd. licentiam pugnandi in bello iusto, à Papa clericis concessam, dare videtur licentiam delinquendi, quia pugnare in bello iusto, non est in se delictum: & quamuis clericis id non liceat manibus propriis, hoc tamen est ex constitutione Ecclesie, vt vidimus: Ergo summus Pontifex ex causa cum prohibitionem tollere potest, permittendo in aliquibus casibus & successibus, quod generaliter à iure est prohibitum, ac proinde non erit iam tunc delictum, sed permittissum, nec dicitur remittere nondum commissum, sed potius permittendo, quod potest, præsertim, ne irregularitas incurtatur. Quod autem Christus iussit Petro conuertere gladium suum in vaginam, non obstat, quia ex hoc nihil probatur, quod contra priorem sententiam vtgeat: Diuersus enim casus atque ratio ibi est: & pater, quia illa verba non solum dicta fuerunt Petro, sed etiam aliis laicis, vt constat ex ead. auctoritate, dum postea in ea subicitur: nam omnis qui gladium accipit, gladio peribit: ita Abb. vbi sup. Præterea illud veteris Testamenti, de quo in c. 1. de consecrat. dist. 1. Non adhibebis tibi templum, quia vir sanguinis es, loquitur de effusione sanguinis iniusta: Dauid namque proditorie fecerat interficere Vriam, vt committeret adulterium cum Bersabe eius uxore, & adhuc forte non fuit penitens, quando illa verba fuerunt sibi dicta: nos verò in questione ista loquimur de bello iusto: ita Abb. in d. c. clericus, el. 1. de vit. & honest. cleric. d. n. 5. quem refert Greg. Lop. vbi supra.

Quod si bellum sit iniustum, quicumque in eo pugnauerit, auxilium aut opem dederit, si inde sequuta sit mors aut membri mutilatio, erit proculdubio irregularis: text. in cap. sicut dignum, §. vlt. de homic. vbi notant omnes, Abb. & DD. in d. cap. petitio, Marian. Soc.

Soc. in d. cap. ad audiendam, num. 60. Villadieg. de irregul. cap. de homicid. col. 4. D. Couar. in d. Clement. si furiosus, 2. part. 5. num. 2. versio. quod si bellum Nauar. in man. cap. 27. n. 224. Quod autem dicatur bellum iustum & quod iniustum agit elegantissime D. Thomas 2. 2. quest. 40. artic. 1. & ibi Caiet. Præterea & existens in bello iusto ex parte se defendentium, si occidant vel mutilent, sunt omnes irregulares, nisi in casu, in quo aliter euadere non possunt: alij verò, qui non occidunt nec mutilant, non sunt irregulares, licet ibi multi occidantur, & si percutiant aliquos (non tamen lethaliter) qui deinde occiduntur ab aliis, non sunt irregulares, secundum Hostiens. & Innocent. in dicit. cap. petitio, dummodo non prouocauerint eos, vel nisi percuterint animo occidendi, secundum Innocent. in d. cap. significasti, de homicidio sequitur Archid. in d. cap. in man. cap. 27. n. 224. & Florent. de irregul. c. 2. num. 37. & 38. Syluest. in summa verb. homicidium, 3. num. 8. Et quod prædiximus, nisi percuterint animo occidendi, &c. probari videtur in d. c. significasti, el. 2. de homic. ibi: Et si percussor voluntatem non habuerit occidendi, à contrario sensu: & ita gloss. ibi. verb. habuerit, argumentum sumit, quod voluntas imputetur homicidio, licet ex suo vulnere mortuus non fuerit, & notat in terminis ibi Innocent.

68 Hæc tamen per sententia vera quidem indistincte non est, etenim licet quis in bello iusto aliquem percuterit, non tamen mortifere, licet animo occidendi id fecerit, & ab aliis sic percussus statim occidatur, irregularis minime est censendus, vt pote quod non occiderit, aut deformauerit per se, nec dederit operam rei illicitæ aut iniustæ: Ergo iuxta regulas communes non efficitur irregularis. Nec obstat inductio text. in dicit. cap. significasti, pro contraria parte facta à contrario sensu: Is enim sic deductus est contrarius receptissimæ sententiæ, secundum Couar. vbi supra, §. 2. numero 6. Quare vt cum Abbate & Anania in dicit. cap. significasti, & Marin. Socin. in dicit. cap. ad audiendam, numero 45. resoluunt Couar. dicit. num. 6. text. in dicit. cap. significasti, intelligendus est, quoties habens voluntatem occidi, opem vel auxilium, aut factorem occisoribus dederit iuxta text. ibi: nec ipsius studio, consilio vel mandato processerint alij contra illum, & in cap. sicut dignum, §. fin. de homicidio & colligitur hic intellectus ex Ioann. And. Innocent. Hostiens. & Henriquez in dicit. cap. significasti, colum. 3. & sic intelligenda est præfata sententia Innocent. Aut procedit eadem opinio Innocentij & sequacium, vbi quis potuit occidit à morte liberare, & noluit neque liberauit, capite sicut dignum, §. ibi etiam, de homicidio vt in specie notat Hostiens. in dicit. cap. significasti. Quod verum (& recte) intelligit Couarruias d. §. 2. num. 7. quoties quis habet potestatem publicam aut priuatam iure familiaritatis in ipsum percussorem, secundum namque per communem omnium sententiam in his casibus locus est excommunicationi contra eum, qui cum possit, noluit obuiare manifesto facinorosi percussoris in clericum commisso, vt in cap. quanta, de sententia excommunicationis, in eisdem enim casibus, quibus constat, excommunicationem canonis locum habere, in eisdem etiam poena & vitium irregularitatis constituit potest, propter eandem rationem & auctoritatem d. cap. sicut dignum, §. ibi etiam, & ita merito Nauarrus in Man. Lat. d. cap. 27. num. 223.

69 probat, non esse per irregularem, qui iuste aliquem percutit & non occidit, licet ab aliis sine ipsius culpa occidatur, vt in d. c. significasti, el. 2. de homicidio, aut moriatur culpa medici, aut malo regimine, aut morbo superueniente, quia illa mors non est sequuta ex opere illicito.

Ampliat per superiora Nauarrus ibidem numero 224. 71 in versio. nec etiam, vt procedant, etiam si qui iuste bellum gerunt, etiam ad fauendum, animo deformandi percutiant, & ex percussione postea sequatur deformatio culpa percussus vel medici, quia adhuc si ipsi suis manibus non deformant, non erunt irregulares, quia in hoc differt iusta percussio ab iniusta. Hæc tamen ampliatio vera prima facie non videtur, tum ex prædictis, tum etiam, quia secundum opinionem Guillermi Laud. in Clem. 1. glof. vlt. de homicidio quem sequitur Carterius in pract. crim. tit. de homic. §. 6. n. 322. & Henric. in d. cap. significasti, 2. irregularis est is, qui alterum percussit, licet non mortifere, si propter eam percussorem ex imperitia medici aut malo corporis regimine obierit: Quam opinionem aduersus Caietanum 2. 2. q. 64. art. 8. aliquid volentem, vtiorem esse opinatur atque probat D. Couar. §. 2. n. 9. vbi relatis hinc inde auctoribus diuersis super eo articulo, an imperitia medici aut incuria parentum in medendo vulnere filij excuset percussorem illicite, omnes in hoc sibi conuenite videntur, inquit, vt vbi contigerit culpa propinqua percutienti, ex quo fuerit sequuta mors, non excusetur quisquam ex imperitia medici, nec ex inordinato regimine ipsius vulnerati: secus verò, si vulnus illatum esset adeo leue, quod nullo vel modico medicamine percussus posset liber & sanus euadere, & tamen vulnere apposito est venenum, quia ex veneno potius quam ex vulnere moritur.

Nihilominus tamen præd. ampliatio Nauar. vera est & tenenda ex sua ratione prædict. Nec obstat opinio Guillermi, & sequacium supra in contrarium adducta, quia ipsa loquitur & procedit (vt ex eisdem auctoribus præcipue Couarruias constat) vbi vulnus fuit illicite illatum, & sic percussus fuit in culpa, quia illicite percussit, vnde merito, quod si tunc percussus ex ea percussione ex imperitia medici, aut ex malo regimine mortem obierit, percussus sit irregularis, quia dedit operam rei illicitæ: quia licet percussio non esset mortifera, fuit tamen causa, vt ob illam incidere in morbum, quod moritur culpa medici vel malo regimine, quoad hoc enim paria sunt, interficere & iniuste percussore, ex quo mors sequatur, etiam sine alia culpa percussoris: vt in c. presbyterum, & in cap. ad audiendam, de homic. vt in terminis ex iuribus probat Nauarrus vbi supra num. 223. Culpa enim percussoris satis est ad irregularitatem ex homicidio constituendam, vt in c. de castro, de homic. & in c. tua nos, in princip. eadem tri. Nam quod non fuerit adhibita diligentia in medendo vulnere, per accidens ad mortem pertinet: ipsum autem vulnus directe & per se mortem intulit: At verò Nauar. in sua præd. ampliatione, de qua nunc agimus, expresse loquitur in percussore iuste animo deformandi, quando ex huiusmodi percussione postea sequitur deformatio culpa percussus vel medici, tunc enim merito, vt huiusmodi percussus non sit irregularis, quia rei licite operam dabat & absque vlla culpa, & in hoc differt iusta percussio ab iniusta, & ideo in casu c. exhibitus, de homic. nullam habuit per culpam is, qui ab irregularitate excusatur, alias irregularis foret iudicandus, vt sententiæ ibi Dd. estque communis opinio, secundum D. Couar. d. §. 2. n. 9. in versio. at in c. exhibitus, præmaxime, quia communis est conclusio inter discipulos D. Thomae, quod si accidat mors, non tamen sequatur ex vulnere percussoris, sed aliunde, vt ex culpa infirmi vel ex ignorantia, aut ex negligentia chirurgi, non incurrit irregularitas, vt aduersus Couar. vbi supra, affirmat Salon vbi supra col. 1. 228. Ex animo per verò occidendi, etiam deliberato & etiam si ex causa cum elo tematous infidias alteri intendit, modo ipsam non occiderit

72  
73  
74  
nec



nec ei membrum amputauerit, nemo irregularis constituitur: *vt in cap. vlt. 15. quæst. 1. cap. sicut. 42. quæst. 2. c. cogitationis, de penis. dist. 1. cogitationis. ff. de penis. & in specie tenet gloss. in c. si aliquis de homic. quam ibi sequuntur Dd. communiter, teste Alberto Tritio de vtro & perfeto clerico lib. 2. cap. 20. num. 5. insuper & D. Couar. cum, alioque in idem citante in d. Clemens si furiosus in initio. 2. part. num. 5. vbi latissime eam probat atque defendit, referens eius literam in hoc expressam, quæ in aliquo codicibus desideratur: Lex enim promotionis potius opus considerat, quam voluntatem, *vt in d. c. vlt. & cap. sicut, in nostra autem specie opus percussio licite facta non induxit deformationem, sed culpa medici vel percussit. Ergo percussus nullam incurrit irregularitatem: & cum his ampliatio præfata Nauar. defenata manet. Limitanda tamen est ex suprad. nisi percussus alios ad occidendum prouocauerit vel auxilium dederit, aut aliter in morte culpam contraxerit, tunc enim est hoc vltimo facto irregularitatem proculdubio incurrit.**

75 Clericus tamen ministrans ballistam, ense, lanceam & generaliter arma pugnantis, & sic in conflictu, siue bellum sit iustum siue iniustum, aliquo in eo occiso vel mutilato ab illis, fit regularis, quia præstat causam propinquam morti, *c. si quis viduam, 30. dist. Arch. in cap. fin. num. 11. 36. dist. Syluest. alios referens in summa, verb. homicidium, 3. num. 8. vers. 51. & Florent. de irregulari. cap. 2. num. 38. Nauar. distinguens in Man. Lat. cap. 27. n. 215. Quando bellum est iniustum, est expeditum apud omnes: si verò sit iustum, quamuis sint opiniones, nihilominus tenendum est, quod prædiximus, intelligendo cum Nauar. vbi supra*

77 vt tunc datio armorum constituat quem irregularem, quando datur ad occidendum vel deformandum: secus si dentur, non quidem principaliter ad deformandum, sed generaliter ad bellandum, præliandum & vincendum, & sic ante conflictum, secundum Archid. vbi supra) vt passim dant patres, cognati, amici & domini Ecclesiastici & seculares, vt colligitur ex Panor. & communi in c. sententiam, ne cler. vel monachus S. Antonin. & alii ibi per Nau. allegat. Nec etiam qui datur ballistam aut sagittas sagittariis, aliaue arma, quibus rarius qui interficitur, vt iaciant in hostes, sine intentione tamen speciali, vt deformat, sed generaliter vt vincant, iuxta Innoc. in d. c. sententiam. Neque qui hortatur tamen milites, vt fortiter & animose aggrediantur prælium iustum, vt Deo, iuramento, Regi & Imperatoribus suis satisfaciatur: nec etiam, qui in ipso prælio cohortatur dicens: *Præliamini, vincite, iuxta communem in d. c. sententiam. Idem Nauar. d. cap. 27. n. 109. & 217.*

80 Sacerdotium qui detrudunt homines in carcerem ita actum, quod incarcerationi non viuunt ultra sex vel octo menses propter atctationem carceris, reputabuntur, homicidæ & irregulares, quia hæc est poena magis afflictua, quam si ponerentur in patibulo: ita Cardin. Zabarell. in Clemens. vnic. de homic. quem refert & sequitur Florent. vbi sup. n. 39. Angel. verb. irregularitas, n. 21. & Syluest. verb. homicid. 3. n. 10. ad fin. dicentes, hoc

81 esse t contra prelatos detrudentes clericos in gabiam, vbi verisimile est, eos intra paucos dies mortuos.

82 Quinto ex communi regulaturque distinctione receptissima supradicta deducitur, esse irregularem huius speciei, qui domui suæ alit aut custodit feram aliquam bestiam, vt leonem, elephantem aut vrsam vel canem, si sua culpa aliquem deformet, puta soluendo vel habendo soluta præd. animalia, quia tunc ex opere illicito sequitur deformatio: secus verò erit, si non sit in culpa, vt puta, quia caute & bene ligata custodiuntur, h. 2. §. vlt. ff. si quadrup. pauper fecisset, dicatur,

litent Mela, §. item cum eo. ff. ad l. Aquil. & in terminis ita resoluunt Hostiensis, Innocent. Abb. & communis in c. ad audientiam, de homic. vt testatur Nauar. in Man. Lat. c. 27. num. 227. Syluest. in summa verb. homicidium, 2. n. 16. D. Couar. in d. Clemens. si furiosus, de homicid. in 2. p. relect. §. 4. n. 11. vbi addit, hunc esse irregularem, si hæc animalia habeat etiam ligata in via vel in itinere, aut in alio loco publico, quia tamen hoc est a iure prohibutum, *ibi enim, l. generaliter. l. quia vulgo. ff. de adul. edicto, quorum meminit Ludou. Roman. singul. 704. adeò, quod hic vltimus casus punitur per illas ll. poena ducentorum solidorum. Si ergo hoc est illicitum, consequitur, homicidium ex huiusmodi opere illicito sequitur, vel deformationem esse imputandum etiam quoad irregularitatem, habenti præd. animalia, etiam ligata, in loco publico, per supradicta, cum illud illicitum opus sit periculosum ex natura sua in id ordinata, saltem frequenter, scilicet ad homicidium vel deformationem, etiam si adhibuerit omnem diligentiam, quam potuit, ne sequeretur, nempe habendo ea animalia ligata et cum custodia in loco publico: cum enim hoc sit prohibitum a iure, vt prædiximus, non sufficit adhibere prædicta diligentia prohibilis, ne homicidium casuale sequeretur, si nihilominus sequutum fuerit, iuxta superiorum communem distinctionem: quam doctrinam Couar. vix eo non relato, sequitur ad literam Placa de delict. lib. 1. cap. 26. num. 10.*

84 Sexto tamen ex supradictis deducitur, quod clericus venans, aut ballista se exercens, si aliquem casu occiderit, conficiens cum iaculo præter intentionem, existimans esse feram, erit irregularis, etiam si omnem diligentiam adhibuerit, quia datur operam rei illicitæ arg. text. in c. si quis arborem, §. si vero, 50. dist. per quem text. ita tenet Angel. de Claus. in sua summa, verb. homicidium, 2. §. 13. & Syluest. eod. verb. homicidium, 2. num. 7.

85 Sic etiam Caiet. dicit, quod tamen licet clericus occidens casu venando, si tantam diligentiam, quantum laicus, adhibet, ne homicidium sequatur, non magis peccet, quam ille, incurrit tamen irregularitatem: Hoc tamen intelligendum est in venatione & exercitio illis illicitis, vel quæ sua natura vel genere suo sunt periculosa & in homicidium directa, prout contingit in venatione vrsorum, aptorum & noruorum, quæ armis exerceantur, si mors ex illis contingeret: secus verò de licitis, vt in venatione, quæ sui natura in id non dirigitur, qualis est venatio passerum & perdicum, ad aucupis tantum vel accipitris, sine armis, in prouincis, in quibus non est prohibita.

86 Licet tamen clericus peccaret id faciendum, tempore, quo diuinis interesset teneat: non enim omnis venatio, nec omne ballistæ exercitium esse illicitum illi: ita Nauar. d. c. 27. num. 235. & 237. Quinimo, etiam si tamen clericus esset interdicta venatio, non quidem propter periculum homicidij, sed propter honestatem, aut propter custodiam animalium, vel ob aliam licitam causam, etiam si casu inde sequeretur homicidium præter intentionem venantis, adhibita debita diligentia ne sequeretur, clericus nec quibus alius esset irregularis, quia culpa illa venandi contra prohibitionem, nulla ex parte ad homicidium dirigitur, sed ad transgressionem præcepti, cuius violatio iuxta Canonicas sanctiones non inducit irregularitatem: ita eleganter resoluunt Domin. à Soto d. articul. 9. lib. 5. de iust. & iur. quæst. 1. pagin. 398. colum. 1. D. Couar. vix d. §. 4. n. 10. vers. quarto inferitur, &c. vbi tamen quod si venatio non esset interdicta, secundum omnes, nulla contraheretur ex hac specie irregularitas: ac proinde si hic casus contigisset ei, qui venari licite poterat, nullam ex

ex eo contraheret irregularitatem, vt colligitur ex Socino Iun. consil. 58. lib. 1. & tradit Alfonso à Castr. lib. 2. de potest. l. pen. cap. 14. vers. nec refert, qui quidem existimant, aliud esse, si daretur opera venationi illicitæ vel prohibite, etiam adhibita diligentia possibilibi ad præcauendum homicidium. Verum tamen hoc intelligi debet secundum Couar. vbi supra. quod venatio esset prohibita ob pericula homicidij, mortis aut vulnerum, quæ solent contingere ex simili venandi modo: secus vbi venatio esset interdicta propter honestatem aut custodiam animalium, quia tunc irregularitas contraheretur, vt prædiximus, si nulla alia culpa in ipso actu contingerit, quam quod operam venator datur interdictæ venationi: hæc quoad irregularitatem.

90 Quoad tamen dampni restitutionem, an & quando teneatur quis in foro exteriori & in conscientia, ex culpa lata, leui & leuissima, videndus est omnino Innocent. in cap. sicut dignum, num. 4. & 5. de homicid. & Syluest. in summa, verb. culpa, num. 5. & 6. in vers. quarto queritur, verb. aduocatus, n. fin. & Greg. Lop. in l. 10. gloss. fin. tit. 15. p. 7. & Ioan. Oroscius in l. 3. num. 11. ff. de offi. prefecti. vigil. vbi loquuntur in damno per incendiam culpa lata, leui vel leuissima cautela: nonnullimè Petrus à Nauar. lib. 2. de restit. cap. 1. num. 54. cum segg. vbi late dissentit alioque plures allegat, & loquitur generaliter in omni damno prædictis culpis cautela.

91 Septimo tamen inferitur, quod si clericus percussit, non lethaliter, asportantem rem Ecclesiæ, ex qua percussione ille fugere non potuit, & ob id occisus fuit à parochianis, erit irregularis, quia etiam non teneatur poena homicidij, quia datur operam rei licitæ pro defensione rerum Ecclesiæ, teneatur tamen quoad cessationem à diuinis, secundum Abb. in cap. significasti, 2. de homicid. vbi Hostiens. & communiter DD. tenent, hunc esse irregularem, quia præstitit causam homicidij, argum. cap. de cetero, de homicid. Hanc opinionem sequitur dicens, esse communem Syluest. verb. homicidium, 3. num. 10. vbi quod teneatur, si verisimiliter debuit præuidere, quod occideretur ab aliis, si ipse illum fugere impedit, alias non. Ex quo tamen videtur dicendum in eo, qui latronem res suas asportantem percussit, ex qua percussione fugere non potuit, & ideo ab aliis fuit occisus. In hac tamen specie distinguit Syluest. verb. homicidium, 2. num. 11. in hunc scilicet modum, vt si non percussit lethaliter, nec animo occidendi, nec modum excessit debite tutelæ, nec debuit præcogitare, quod ab aliis occideretur, non est irregularis, vt videtur esse casus in d. cap. significasti, & facit cap. exhibitæ, eodem tit. Nec obstat cap. de cetero, de homicid. quia loquitur de causa propinqua homicidij, vt quis sit irregularis: si vero percussit lethaliter, vel animo occidendi, vel modum excessit, vel diligentiam non adhibuit præcogitandum, quod verisimiliter poterat occidi, est irregularis. Illud verò de animo occidendi sic simpliciter intellectum non est verum, sed intelligendum est, vt prædiximus num. 71. cum seg. & secundum hæc eadem etiam videtur intelligenda supra dicta principalis illatio.

93 Octauo ex t superioribus deducitur, quid dicendum sit in ea questione, quando quis misit ludendo lapidem in alium, & is à lapide fugiens ac demum procedens in alterum lapidem caput offensus, culpa medici vel confanguineorum eum curantium mortem obierit, an ille qui causam dederit homicidio, fiat ex hoc irregularis: casus est profecto in cap. exhibitæ, de homicid. vbi in his terminis deciditur huiusmodi homicidium casuale non imputari ei, qui non occidit nec fuit in culpa, etiam si ad cautelam veniam postulauerit.

rit. Nihilominus tamen text. ille ideo procedit, quia qui misit lapidem, operam dabit rei licitæ, nec aliquam culpam habuit, quam ipse præuidere potuisset, ideoque irregularis non efficitur. Quod si culpam habuisset, quia lapidem ita grauem misisset, vt non fugienti vulnus posset inferre periculosum, tunc irregularis esset, qui lapidem misit, dedit enim operam rei illicitæ, quia ludus erat noxius, etiam in puris: ita tenent Innocent. Abb. Anan. & DD. in d. cap. exhibitæ, Syluest. in summa, verb. homicidium, 2. n. 13. & est communis secundum Couar. in d. Clemens si furiosus, 2. p. §. 2. num. 9. & §. 4. num. 6. & licet Doctores varient in d. cap. exhibitæ, an in casu illius text. imperitia medici & incuria patientum defuncti excuset, omnes tamen conueniunt, non excusari quemquam ex imperitia medici nec ex inordinato regimine ipsius vulnerati, vbi contingerit culpa propinqua vulneris, ex quo fuerit sequuta mors, vt puta lapidem grauem mittentis contra aliquem, quamuis iocose, ita vt non fugienti vulnus posset inferre periculosum, vt est prædictum, quia tunc oportuit illum fugere, vt illud periculum effugeret atque ita fugiendo consequutum fuit vulnus, & ex eo mors ex culpa propinqua mittentis lapidem. t Nono hinc oritur, vt clericus introducens meretricem per tectum in domum suam, si decidens moriatur vel abortiat fiet irregularis, secus si introducit per viam planam & idem contingat, quia licet vtrumque sit opus illicitum, & ex vtroque sequatur fit deformatio casualis, prius tamen est sufficienter ordinatum ad eam, postea versus minime: ita Nauar. d. cap. 27. n. 235. & ante eum Syluest. verb. homicidium, 2. num. 7.

Decimo tamen ex eodem fonte emanat, quod presbyter, qui mittit puerum ad equitandum equum, monens quod caueret à flumine, & tamen submersus est, culpabilis iudicatur ab Hostiens. quem refert & sequitur Florent. de irreg. c. 2. n. 21. Sic etiam tamen erit irregularis, qui misit puerum ad flumen, monens, vt ab eo caueret, & submersus est, si poterat rationabiliter de periculo cogitari, vt cum Summa confessorum probauit Syluest. verb. homicidium, 2. num. 18.

Vndecimo tamen ex præcedentibus sit, irregularem eum esse, qui ad seditionem & arma pulsauerit campanam, si inde fuerit ex prælio inito aut pugna sequuta mors, cum operam rei illicitæ hic dederit, atque maximam morti causam proximam, vt tenet D. Couar. vbi supra d. §. 4. n. 5. vers. 3. ad fin. Quinimo tamen tenet DD. in cap. Ioannes, de homicid. in eo, qui campanam pulsauerit in signum, quod aliquis est furca suspendendus aut à ministris iustitiæ iugulandus: & sequitur Socin. in cap. ad audientiam, n. 58. de homicid. Sed hoc vltimum iure optimo falsum esse existimat D. Couar. vbi supra in vers. nec tamen, cum hic nec causam propinquam nec remotam dederit morti aut homicidio: sicut nec ille erit irregularis, qui ligna aut t stramenta dederit ad comburendum hæreticum, iam mortuum, secus si ad viuum concemendum, si illa materia illata lignorum cooperata est ad combustionem & mortem hæreticorum, quia hic dubio procul erit irregularis, vt probauit Card. in d. Clemens si furiosus, ad fin. & Socin. in d. cap. ad audientiam, num. 62. Palud. in 4. sentent. dist. 2. §. 94. Specul. sit. de dispens. §. iuxta, n. 44. Syluest. verb. homicidium, 3. n. 10. vers. decimum, D. Couar. d. n. 5. vers. nec tamen, & Beatus Anton. de irreg. cap. 2. n. 27. vbi inquit quod si illa materia non est cooperata, puta, quia iam mortui erant, quando ligna illata fuerunt, vel antequam accenderetur ignis in illa materia, non est irregularis, addens, quod si de hoc dubitetur, melius est tenere certum, & se reputare irregularem.

Similiter tamen fatentur omnes DD. in cap. ex literis, num. 2. & in d. cap. Ioannes, de homicid. quod si pulsatio campanarum



iniusta deformatione: argum. cap. si quis viduam, 50. distinct. & cap. periculosus, de penitentia, distinct. 1. quia ex ipsius opere illicito ad eam ordinato sequuta est: quanquam nemo sit irregularis ex sola complacencia, quod deformetur alius, id enim non consequitur ex ea, iuxta gloss. verb. confilio in d. cap. si quis viduam, licet in eo peccet secundum Nauar. d. c. 27. n. 23 r. irregularitatem tamen non incurrit homicida mentalis tantum, nisi actu homo interficiatur; quia lex promotionis factum requirit, Abb. in cap. si aliquis, n. 3. de homic. D. Couar. in d. Clem. si furiosus, i. p. in princ. num. 4. & Nauar. in d. manual. Latin. cap. 27. n. 192. Decimo quarto ex præd. regul. communi infertur, quod si quis mandat aut consular amico suo, ut alium interficiat, & ab hoc ille occidatur, erit irregularis mandans aut consules, quia dedit operam rei illicitæ: quia cogitare debuit hoc euenire posse: Ita Ioan. Andr. in cap. fin. argum. text. ibi de homicid. lib. 6. sequitur Abb. n. 6. & Anan. 12. alios allegans in cap. ad audientiam, de homicid. Denique si quis ad defensionem proximi aggressorem eius occidat, efficitur irregularis, Villadieg. de irregul. cap. 6. num. 77. & ibi addit. plures citans testatur eam esse communem opinionem.

119 Superest tamen modo, ut descendamus ad probationem secundæ partis communis regulæ supra assignatæ, quæ habet: quod dans operam rei illicitæ, tunc demum, ex homicidio inde consequnto, fit irregularis, cum non adhibuit omnem diligentiam, quam potuit & debuit adhibere, alias secus; & ad nonnulla, quæ ex ea etiam deducuntur. Hæc secunda pars regulæ probatur expressè in cap. dilectus, & in cap. significasti, el. 1. & in cap. presbyterum, & in cap. ex literis, el. 2. & in cap. Ioannes, de homicid. quorum text. casus contingibiles sunt ac iucundi, ideo videndi: & pro intellectu d. dilectus, & d. significasti, el. 1. est obseruandum.

Primò, esse irregularem illum clericum, qui contra prohibitionem equitaret & sic daret operam rei illicitæ, etiam si abique eius culpa puerum equi impulsu occideret, ut in priori parte nostræ regulæ: Nam tideo in casu d. dilectus, & d. cap. significasti, el. 1. clericus huiusmodi non est irregularis, etiam equi impulsu, abique eius tamen culpa, puerum occiderit, quia seffor nec voluntate nec actu homicidium perpetraverit nec dederit operam rei illicitæ: Ergo si contra prohibitionem equitaret & occideret, quod in præcatis responsis continetur, foret planè irregularis, ut deducitur ex mente omnium Doctorum in d. cap. dilectus, & in d. cap. significasti, el. 1. & tenet in terminis Caiet. in 2. 2. quest. 64. num. 8. verb. inde si religiosus.

Hæc tamen sententia Caiet. minimè quidem vera videtur, quia et si pro prohibitionem videatur effici res illicita, nempe equitare, ut puta, si quis cum esset à iudice vel superiore domù exire prohibitus vel equitaret, & is, spreto hoc præcepto, extra domum equitaret atque abique alia eius culpa equus calce aliquem occideret, tamen causa hæc sine culpa, quæ deducitur ex illa prohibitione, cum non sit propinqua neque directa in illud homicidium, prout alias requiritur ad inducendam irregularitatem ex homicidio casuali, ut prædiximus, non videtur sufficiens (nisi alia culpa in id propinqua sine directa intercesseret, de qua statim agemus) ad eam inducendam in propinqua specie, etiam si ab opere alias illicito processerit, ut pluribus huius rei exemplis supra positis comprobati potest, atque ex aliis infra dicendis: & ita merito hanc partem contra Caiet. ubi supra, probat in terminis D. Couar. in d. Clem. si furiosus, 2. part. §. 4. n. 10. vers. quarto ipse considero. Idem erit, t si equitatio illa clerico fuisset nocua & contra illum medici deliquisse; Nam non erit ex hoc irregularis propter homicidium casuale

inde sequatur; Nam peccatum, quod fuit in causa, ex natura sua nihil ad homicidium referebat: Ita Domin. à Sor. ubi supra, in vers. item in d. cap. dilectus, pag. 198. & pag. 396. colum. 2. vers. atque ex hoc, ubi quod non sit peccatum mortale sed veniale tantum. Similiter t ex hoc non fiet irregularis monachus Minor peccans equitando, eo, quod mula mansuetissima, qua vehitur, citra aliam suam culpam, puerum occidit, quia culpa infelionis huiusmodi mula nullatenus dirigebatur in talem mortem: ita tenet Nauar. d. c. 27. n. 238. quod verum credo. Alia t autem culpa sefforis eum in præcatis specie irregularem eliceret, illa nempe, si frenum de facili frangi potuit: argum. d. significasti, vel si propter eius imperitiam vel impotentiam equus lasciuisset, vel si quæ debuit præuidere vel facere, & non præuidit nec fecit: argum. text. in §. impetu quoque, infra ad l. Aquil. i. quæ gloss. in d. cap. dilectus, verb. frano, & ibi DD. sequitur Syluest. in summa, verb. homicidium, 3. num. 10. vers. 8.

Secundò t ex supra dicta secunda parte communis regulæ infertur ad intellectum & concordiam text. in cap. continebatur, de homic. vbi Diaconus irregularis censetur, qui ludens cum clericis & laicis ad faciendos baculos suos in directum leuandi laboris gratia, & vineis, Ecclesiæ opere consummato, redeunt, eo, quod dum alter victor in illo ludo in eum equitaturus infiliens non cauit, ne falce, qua ipse erat accinctus, laicus ille vulneraretur, cum tamen ob id periculum non vitatum, ille laicus percussus falce mortale vulnus accepit, de quo post dies octo expirauit; debuit enim falcem amouere, & cap. lator, eiusdem tit. statim sequentis, vbi cum Petrus clericus, casu ludens cum altero clerico, proiecione fuisset ab eo in terram, cultellus eiusdem Petri, quem ad latus suum habebat, in alterum incidit & fortuito casu occubuit vulneratus; & tamen non condemnatur irregularitatis pena ille Petrus: Hæc namque esse discriminis ratio inter illa iura in priori etenim specie d. cap. continebatur, Diaconus ille irregularis censetur, non ob id, quod operam dabat rei illicitæ, prout nonnulli interpretes voluerunt ibidem, inter quos & Nauar. d. cap. continebatur, 2. num. 235. nam iace-re baculos leuandi laboris gratia, nec erat clericis interdictionem nec periculum, ut notat ibi Abbas, sed propterea, quod cum alter in eum influit, debuisse cauere, ne falce, qua ipse erat accinctus, vulneraretur, amouendo eam, si que fuit culpa, quia non adhibuit diligentiam, quam debuit, in præcauendo homicidij causam; ac verò in altera specie d. cap. lator, diligentiam adhibuit, vel saltem non ex tusa negligentia cultellus eius in alterum incidit, & ideo non efficitur irregularis; non fuit enim illicitus ille ludus, sed percussus cultello alterius proieci ab eo in terram, casu, abique culpa habentis cultellum, vulneratus fuit, ex quo occubuit; Petrus autem prædictus nullam culpam habuit, quia patiens fuit tantum, secundum gloss. ibi verb. terram, gloss. etiam in cap. ad audientiam, eodem tit. de homicid. verb. ad familiam, & vtrouique Abb. & communiter doctor, ac proinde minimè irregularis iudicatur, iuxta communem præcedentem resolutionem. Quinimo ille percussus fuit quodammodo in culpa, proiecione alterum in terram: & ita gloss. fin. in d. cap. continebatur, Abb. & communiter Doct. hæc iura concordant atque hoc modo intelligunt, & præterea Syluest. in summa, verb. homicidium, 2. num. 5. & Dominic. à Sor. d. lib. 5. de iust. & iur. quest. 1. art. 9. in vers. & per hanc decisionem, pag. mibi 398. col. 2. quæ unius ipse aliter & non rectè intellexerit speciem casus dicit. cap. lator, nempe quod ibi clericus, qui alterum in terram proieci, habebat cultellum, quo proiec-tus fuit vulneratus: quod opus videbatur illicitum, sed

sed quia non ex sua negligentia cultellus eius in alterum incidit, non condemnatur irregularitatis pena: sed hoc non ita ibi contingit, sed potius cultello clerici proiecione in terram fuit vulneratus alter clericus, proiecione alterum in terram, ut prædiximus, sicut accu-ratur intentu literam text. patebit cum gloss. ibidem, & in dicit. cap. ad audientiam, & aliis DD. & iuxta hanc speciem & casus figuram veriorum illius text. in cap. lator, decisio eius iustissima est. Eandem concordiam ad præd. iura, quamuis eorum species non fingat, sequitur & testatur esse communem omnium sententiam D. Couar. in d. Clem. si furiosus, de homicid. 2. p. §. 4. n. 8. nec etiam in casu d. cap. lator, decidens suo se cultello deformauit, ut tenet Nauar. ubi supra, qui est contra textum in d. cap. lator, ubi Cuius cultellum, quem ad latus suum habebat, in alterum incidit.

115 Quibus t fit ludum palæstræ (hoc est lucta) licitum esse etiam clericis, ut ex d. c. lator, satis probatur: ludi t enim exercendi vires causa introducti, liciti sunt, ut in l. solent, cum similib. ff. de alea lusu & alea, quod enim lege permittente fit, peccatum non meretur, l. Gracchus, C. ad l. ludi, de adult. notat in specie Couar. ubi supra, d. n. 8. & Jacob. Menoch. de arbit. iud. cont. 4. casu 400. num. 3. t sed tunc demum ludi, causa exercendarum virium clericis, saltem constitutis in sacris licent, quoties hi ludi non sint communi hominum iudicio periculosi ad vulnera vel mortem; quod ex multis, quæ notari solent in cap. 1. & in cap. sententiam sanguinis, ne cler. vel Monach. & in cap. 1. de torneament. probat atque ita opinatur, & rectè D. Couar. ubi supra.

116 Quinimò t si quis in hoc ludo vbi defensione & natura ludi, ne victus euadat, alterum occiderit, non tenebitur de homicidio, ut in l. qua actione, §. si in collu-latione, ff. ad l. Aquil. vbi dicitur; Aquilia actionem cessare in eum, qui in publico certamine aliquem occiderit, quia gloria causa & virtutis id fecisse videtur, non iniuria damnum datum, & in §. si quis, eiusdem l. & in l. si ex plagi, §. vltim. ff. ad l. Aquiliam, idem lego Platonis dialog. 9. de legibus sancitum existat: Si quis (inquit) in certamine, publico, gymnasium non sponte sine confessio, sine poese ex vulneribus sequuta mors sit, amicum hominem inuenerit vel in bello similiter, vel in exercitatione bellica magistratibus inflicta, seu nudis corporibus seu ad imitationem veri belli armatis, secundum legem à Delphico Apolline latam mundus sit: & in terminis hanc sententiam probatur gloss. Alberic. & Iason in l. in executione, §. vltim. ff. de verb. obligat. Anchar. consil. 183. incip. iure stricto. Soc. Senior consil. 16. lib. 1. col. vlt. Decius consil. 9. n. 4. D. Couar. & Menoch. ubi supra, alios citantes Auendan. 2. part. cap. 16. prat. n. 13.

119 Vbi t hoc limitat nisi ludus esset impellendo alium, ut solet contingere en los que burlan con armas, o luchan, quia qui alium occidit in tali ludo, punitur arbitrarie, ut in l. 6. in princip. tit. 15. part. 7. & ad satisfactio-nem damni parti læsæ dati, ut ibid. probat: si verò nulla esset culpa, non tenebatur, etiam ciuilitate actione l. Aquilia, ex quo dabat operam rei licitæ, secundum Greg. Lopez ibidem in gloss. Por su culpa inferens ex hoc, quod si in casu l. scientiam, §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. iactus lapidis fuit necessarius ad defensionem; & prætereuntem alium non vidit, vel alias excusabilis esset à culpa, non tenebatur: Quinimo t generaliter, quando omnino cessat culpa in occi-dente, quia cum esset amicus occisi, gessit actum (intelligi licitum) in loco solito & in forma solita, & hoc non obstante, sequuta est mors & damnum tertio, in hac specie ad nihilum tenebatur, qui fecit actum, ex quo hoc fuit sequutum, ut in l. 4. tit. 8. part. 5. & in l. 4. tit. 8. & in l. 6. tit. 15. part. 7. & in l. 12. & 13. tit. 1. lib. 23. & Non a Collect. Reg. vbi pro homicidio casuali abique

culpa aliqua exercentis actum licitum ac consuetum tempore debito, & monendo transeuntes, ut se præcaueant, cæterisque necessariis obseruatis, non tenetur quis pena aliqua, nec ad satisfactionem damni soluen-dam, vtputa in currente equum transeuntem, & in putatore dente ibi hominem, forte transeuntem, & in putatore arborum, aut in recta domus reficiente admonendo transeuntes, ita quod exaudiri possent; si casu præter intentionem aliquis occidatur ex iactione arboris, lapidis, regulæ, alteriusve ligni vel rei iuramento proprio purgante innocentiam suam, & testibus, quod non erat inimicus occisi; Nam tunc temporis & in similibus casibus ad nihilum tenebitur, secus alias, ut in casibus diciturum l. 12. & 13. Nova Collect. Reg. & l. 6. tit. 15. p. 6. In illo vero t genere ludi, in quo quis est liber in totù à pena criminali, quia nihil culpa est admixtum, etiam est liber à damno pecuniario, & ideo vxor aut filij hominis occisi non possunt petere damna hominis sic occisi, quæ sibi sequuta sunt atque sequentur, eo quod carent ipsius operibus, ut in l. fin. ff. de his qui deiec. vel. effud. vt tenet Auend. ubi supra. & probatur arg. prædict. l. Partitar. secus verò erit, si aliquid esset culpe admixtum, licet parum & leue, quia tunc veniret ob id extraordinarie puniendus, & in damnis condemnandus, secundum eundem Auend. & Plac. in epist. de delict. lib. 1. c. 26. n. 1. vbi allegat alios. Verbi gratia, t in eo, qui tempore carnispruij cum spingarda per-cussit alium papyro ciecta, nam licet id soleat fieri illo tempore, non tamen immitendo contra personas, secundum Paris. de Puteo in tract. syndicat. in part. penas, cap. quia vadus in fin. vbi, & in cap. procedentis, notabiliter loquitur in ista materia. Vnde infertur, t quod si duo se distulissent ad dandum vnum ictum vel se occidendam, tales debent condemnari ad emendam erga Regem aut aliud damnum, sed non vnus erga alium, quia scienti & volenti non fit iniuria, ut in regn. iuris vulgari: ita Boer. decis. 237. num. 4. Hodie de t penis pugnantium per duellum, deque eorum patris & dominis temporalibus duellum permittentibus, videndum est cap. 19. in decret. de reformation. incip. detestabilis duellorum vsus, sess. 25. sacri Concil. Trident. & in proposito Nauar. in manual. Latin. cap. 11. num. 39. & iterat Anton. à Cordub. in sua summa de casus de consciencia, quest. 59. pag. fin.

Sed quod t ad penam irregularitatis spectat, cum ludus palæstræ sit licitus etiam clericis in sacris constitutis, similiter & alij ludi exercendi vires causa, quoties non sunt communi hominum iudicio periculosi ad vulnera vel mortem, ut prædiximus, si inde homicidium casuale, vel deformatio præter intentionem, & abique aliqua culpa succedat, non erit imputandum ludentibus, ac proinde non efficitur irregulares, ut probauimus, sicut illis quoad culpam non imputatur: secus verò erit, si prædict. ludi communi hominum iudicio sint periculosi ad vulnera vel ad mortem, tunc enim tanquam causa propinqua & in id directa, sunt vitandi, & aliter facientes erunt irregulares, si inde homicidium vel mutilatio membri accidat, etiam casu, iuxta doctrinam superius traditam.

Item etiam si ludus licitus sit, si tamen occidens vel mutilans non adhibuit debitam diligentiam, quam potuit præcauendo ut id eueniret, irregularis erit, ut in casu d. cap. continebatur, & sim.

Hinc est, t vt reficiens recta aut lapidem in aliquem locum iaciens, si aliquem occidat aut deformet præter intentionem, erit irregularis, si dicto aut signo debite non præmonuit illac transeuntes, alioqui secus, argum. l. si putator, ff. ad l. Aquil. & cap. si duo, & cap. clericus, §. o. distinct. & præd. l. Regiarum: ita in terminis tenet Nauar. in dicit. §. 27. num. 235. addens idem esse in